



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiaë, 1635

Argvmentvm Libri Secvndi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

ARGVMENTV
LIBRI SECVNDI.

HVC vite cupidus beatioris,
Qui dulcissima te vocantis vsque
Pronâ suscipis aure verba Christi,
Iamque te CRVCIS exhibere sanctæ
Gnauum discipulumque baiulumque
Gestis, huc agedum paratus adsis:

CAP. I.

Moras abijce, moxque te vocanti
Festino pede promptus obsecunda.

II.

CRVCEM quam dederit Redemptor, illam
Letus excipe, ceu monile gratum:
Nefas eligere hanc foret, vel illam:

III.

Nefas & per humum velut profana
Stipitem trahere arboris. Proinde
Obuijs manibusque, brachijsque,
Et collo ac humeris amoris, illud
Lubens nobile baiulato pignus.
Nec quidquam remorentur improborum
Te ludibria, scommatumve plaustra.
Pro Christo decus est tulisse probrum.

Si forsân populus frequentiori
 Famâ te vehat, audiasque p^{er} sin.
 Sanctus & pius : hem cave barathrum ;
 Hic anguis latet : has velut venenum
 Voces negligè (si sapiis.) dolosas :
 Et constantior usque & usque perge,
 Per vestigia trita perge Christi,
 Quem ceu prototypon sequare ad unguem.
 Nec CRVCIS grauiusve longiusve,
 Impostum tenero querare pondus :
 Singulis tolerare quod diebus,
 Nullo ponere quod decet dierum.
 Rursum sed moneo (puta necessè)
 Cave respicias inanioris
 Fumum gloriolæ, leuesque plausus.
 Quò spectes sed enim docebo paucis :
 Prima intentio noxias piare,
 Et vitare focos docet perennes ;
 Spectat altera gloriam perennem :
 Vni tertia se probare Christo,
 Dilecto studet vnicè placere.
 Sed CRUX dum cruciatque deprimittque,
 Queris, quid facias. Precare : fiet
 Verorum seges ampla gaudiorum ;

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

XIV.

xv. & xvi. Pro quâ mille voles referre grates ;

xvii. Et summam tibi gloriam putabis
Quæ summa tibi gloria sit auctrix.

Nec CRVCIS satis est tulisse pondus
Ferentem nisi CRUX ferat vicissim.

xviii. Hinc carnem crucifigier rebellem

xix. Et mundum decet, & decet te ipsum

xx. Annecti in CRUCE, Christiane, Christo,
Mortem quod tribuat suauiolem,
Vitam quod faciat beatiorem.



RE